

Vota metrica

pro
feliciorē

*Solemnitate & perennitate
matrimonii*

à

primum - Sponso

ELIA EVELERO

p. t. Moderatore

Scholæ Freibergens.

Et

inchoandi

ad 28 Novembr. anni 1645

Et

consummandi

Cum

Secundum-Sponsâ

MARIA KRETSCHMERIA

VIDUA

honestissimâ ac castissimâ

VIRI

prudētissimi & integerrimi

ABRAHAM KÜTTELI

Civis ac Scabini

Lubenatis,

DIVINITUS LARGIENDâ,

conscripta Vmislavia

per quosdam

Epicharmos, Evergetas, Fautores & Amicos.

OLSNÆ SILESIO R.

Ex Typographiâ Scyfertanâ.

Dn. ELIÆ EVELEROS.

Si quondam tua summa, meis fugisset, ephēbi
 Peccatoribus probitas, in studiisq; labor:
 Ut tibi vota darem, PARITAS me impellere NOSTRI
 NOMINIS, OFFICII, CONJUGIIq; queat.
 Ambobus Patres NOMEN tribuere PROPHETÆ
 QUEM TULIT IN COELUM FLAMMIDUS AXIS HUMO.
 Numine cœlesti mandante, bonisq; Patronis,
 RECTORIS SCHOLICI servat uterq; locum.
 Divipara id virgo nomen presigne gerebat,
 Quod NUPTURA TIBI, quod MIHI NUPTA geris.
 ANTE POLO JUVENIS, turba ante avidissima, corvi,
 Ante ministravit parva Sarepta cibos:
 Quam sibi percharum vatem pateretur obire
 Defectum escarum JOVA benignus, ope.
 Junior ipse sui, senui quoq; nec tamen ullus
 Cernere nostram habuit Lucifer esuriem.
 Te quoq; ne careant, vita quibus indiget usus,
 Quamvis sint nimium tempora dura, precor.
 NON NEGO; Parva mihi est fama acquisita; sed ingens
 Conflata (unde? & cur? scit DEUS) invidia.
 Magnam ista acquirat tibi famam Sparta, sed addat
 Parvam (sisteri res potis) invidiam.
 IN THALAMO quod cum Mariâ evum transigo, cerno
 Ad finem labi septimam Olympiada.
 NEC FERET ULLA DIES, UT COMMUTEMUS IN ÆVO;
 QUIN SIM IPSI JUVENIS, IPSA PUELLA MIHI.
 NESTORE FIAM ETSI PROVECTIONE, ÆMULAQ; ANNIS
 VINCAT CUMANAM DEIPHOBEN MARIA.
 Tu quoq; cum Mariâ thalami inter gaudia, vel tot,
 Vel plures cernas currere Olympiadas.
 SIC IGNORETIS, QUID SIT MATURA SENECTUS,
 SCIRE ÆVI MERITUM, NON NUMERARE DECET.

Ex Antonii
 Epigram.
 18.

Præstantiss. Dn. Sponse
 & officii honorem, & Conjugii felicitatem
 gratulans:

utq; cum illa, tum hic plus plusq; indies
 augeat, precans


FACIEB. M. ELIAS MAJOR P. C. L. Gymnasij
 Vratisl. ad D. Elisabethæ Rector & Professor, cæterarumq;
 Scholarum ibidem Inspector.

Multa licet multis justâ sit causa querela:
 Tu nil, quod merito, Sponse, queraris habes.
 Privatam vixisti, non citra Commoda, Vitam:
 Te didicisti felix erudiente Puer.
 Formantis studium commendavere Parentes:
 Indubiam vidisti Consul in ade Fidem.
 Vidisti honestatis, vidisti Pietatis Amorem,
 Et Bona, qua juvenem nata decere Virum.
 Indè sit, ut obaram Tibi despondere Sororem;
 Et velit Affinem Te vocitare suum.
 Non potuit melius Tibi solvere Dextra Didactron:
 Non melius Domui consultuisse tua.
 Nam moderanda Domus tam Directricis egebit;
 Quam Directoris Sparta docentis eget.

Privatâ nec enim latitas nunc amplius umbrâ;
 Sed curas Scholice publica Pensa Rei. (GUS,
 Tam Tibi, tam Studiis generosus favit HOHBERG
 Ut primum Ludi Te velit esse Caput.
 Esto Caput felix, felix, precor, esto Maritus:
 Quando Pater Patrum juverit, esto Pater!
 Non est in Sponso semper, generetur ut Infans:
 Hoc ad opus, Domini plus valet una Manus.

Ex sincero affectu sic precor
 olim-nostro in ego Qv, bona Gentis
 & Mentis
 EVELERO

M. Henricus Clofius Gymnasij
 Magdalenai Rector Vratislaviæ.



Siccinè FREIBERGÆ stat Mens immota manendi
 Docte EVELERE, pii dextra Propago Patris?
 Stat Mens, & plures se nunc accinxit ad Usus,
 Quam potuit Patriæ priva locare Domus.
 Stat Mens, & proprios mavult sacrare Penates,
 Quam quos sacrari vult aliena Domus.
 Sit felix, sit fausta Tuæ Constantia Mentis,
 Quam Pietas, quam fat Cultus ab Arte juvat.
 Iste facit, quò TE favor extollendus HOHBERGI
 Protrahat, & Scholice præficiat Cathedræ,
 Illa jubet, prompto venerari corde JEHOVAM,
 Quoq; vocat, citra murmurinane, sequi.
 Iste facit, quò TE Doctorum quilibet ornet,
 Gaudeat & Conjux, Hospitis esse Soror.
 Illa jubet gratâ, quæ dat DEUS, omnia dextrâ
 Excipere, & supero credere cuncta Patri.
 Non dubito, quin sic felix Constantia Mentis;
 Mansio quin felix ista futura Tibi.
 Si tamen exoptas Votis Tibi plura voveri,
 En promptum videas ad pia vota Animum!
 Quæ mihi FREIBERGÆ pridem succedere vovi,
 Me nisi duxisset BRESLA vocare suum;

Nunc Tibi successu succedant temporis, & sit
Lætum Conjugii fertilis Officium!

Vovebam fidâ Mente

M. VALENT, KLEINWECHTERUS

*Magdalenai Vratislaviensium Gymnasi
Conrector, & Professor.*

Obtigit EYLERO moderanda iura iuventa,
Illeq; nunc, alio nomine, crescit honor;
Nam Sponso, post sex lapsum vel quinq; dierum,
Consulis, in thalamum NATA, SORORq;, venit.
Sic narrat mihi, qui ME, TE mittente, salutans,
Gratantum in numero, ne graver, esse rogat.
Res ea, si recto trutines examine, nunquam,
Aut paullo ante mihi significanda fuit.
Scilicet obfesso, non unâ sorte laborum,
Parciter, è venâ paupere, metra fluunt.
Ergo habeas, EYLERE, satis, si prompta voluntas
Monstratur voti religione brevis.
Vive, valeq;, novâ longum cum Coniuge, & inde
Felicis titulum, in prole, merere Patris.

*Deproperab. Vratislaviæ
amoris & honoris ergo*

Paul Christoff Lindner.

ERgône CONNUBII NOS DISPARAT OPTIO FRATER,
Quos habet à pueris mens animi una PARES?
Nos PARITER quondam tenuit PULCONIA SEDES;
Et pulsis PARITER BRESLIS asylon erat.
Una ratis PARITER VIADRI deduxit ATHENAS;
Et PARITER VIADRO rettulit una ratis.
Et PARITER PRIVUS Puerorum exercuit antè,
PUBLICA quam nobis tradita CURA, LABOS.
Functio queis parilis sic obtigit, ecce parantur
UNO EODEMQ; etiam FESTA HYMENÆA DIE.
Sic quibus una fuit MENS, SORS simul obtigit una.
DISPARILES tamen hoc reddimur ANTE-PARES.

Namq;

Namq; dicast PROPRIAM CASTAM MIHI Fata PUELLAM:
Tu contra REM NON aggrediere NOVAM.
Sed bene! DISPARILES quos VESPERTINA relinquet
Lux, MATUTINUS cernet APOLLO PARES.

*Idq; ut bene TE, bene Me;
bene Tuam MARIAM, bene Meam ELISAM
fiat
ex animo antiquo vereq; Philadélφa
voveo*

*JOHANNES GEBHARDUS Gymnas.
Els. Vratisl. Coll.*

Effluxere duo, si computo iutra, nec ullum,
Quod mihi, Vix tecum contigit alloquium.
Temporis est iactura quidem non parva, carere,
Hoc, quem conjunxit SPES, AMOR atq; FIDES.
Pertulit illa tamen nunquam dispendia frustra:
Si Res procedit, ceu mihi nuper, ovans.
Quippe meas rumor cum pervenisset ad aures
BRESLÆUM properè Te petiisse Solum.
Mox Te convenio satagens affamina tecum,
Ferre, pedem sed ego vix simul intuleram.
Illicò contueor porrectâ fronte sedentem,
Quæ modò Sponsa tuo est associanda Toro.
Attonitus primum reddebar, moxq; timorem
Excutiens animo talia vota dabam;
Coniugio Neonymphæ tuo DEUS incrementum
Det, repleatq; novum prole marita Torum.
Hæc eadem repeto nunc iusto tempore festi
Coniugio Sacri: JOVA repleto Torum.

*ITA
Affectum Amicus Amico congratulando
declaraturus
deproper.*

M. DAVID CAMERARIUS Vratisl.

A 3

Rinder!


Rinder! wer wird diesen Handel nur preisen?
 Das du fürs Cypriſche Cammer-gericht
 Für deinem Aeltern / dem Vnrecht geſchicht /
 Eilends nach Paphos gedenckeſt zu reiſen.
 Laß es zum erſten mahl also hingehen /
 Daß man nicht ſage du liebeſt Gefahr /
 Darffſtu doch jezo nicht an dem Altar
 Wie die Athener gefeſſelt da ſtehen.
 So wird auch keiner mit Ruthen geſtrichen /
 Daß Sie vor Alters zu fürchten gehabt /
 Welcher von Eltern iſt reichlich begabt /
 Braucht ſich deß Erbes ſo bald Sie verblichen.
 Zwar der Corinthen Ehloſen Gebeine
 Würden deß Grabes nicht würdig geacht:
 Unſere werden zur Erden gebracht /
 Bleiben nicht Thieren vnd Vögeln gemeine.
 Wann der Spartaner Recht würde getrieben /
 Daß man deß Winters müſt nackend hergehn /
 Auch wol dem gegentheil ſtreiche geſtehn /
 Sucht ich mir ſelber was eilends zu lieben.
 Daß ich nicht dürffte zu Lohne bekommen /
 Ruthen und Striemen vnd froſtige Luſt /
 Welche der rauhe Nord häufig herrufft?
 Weil ich nicht hette bey Zeiten genommen.
 Aber was öffne ich ferner die Pforte /
 Weil du dich allbereit dienſtbar gemacht;
 Daß ich hierüber nicht werde verlacht /
 Wilich nicht führen vergebene Worte.
 Das muß ich lezlich noch eines beriehren /
 Weil du von Cypriſ biſt worden verblindt /
 Vnd dann ein blinder die Stege nicht kennt /
 Daß du bey Nacht dich nicht läſſeſt verführen:
 Dencke berg unter der heimlichen quälle /
 Da bereit Einer ſein Leben verſetzt /
 Wie daß du deines nicht höher geſchätzt /
 Wilſtu es wagen an ſelbige ſtelle?

! Dein

Dein' Ariadne zum beſten wird wiſſen /
 Wie du zu leiſten die richtigſte Bahn
 Sie iſt alleine die rathen jezt kan /
 Danckbar dich gegen Sie halten wirſt müſſen.
 Fragſtu / was ſol ich Ihr liebes erweiſen?
 Dieſes / was Ihr auch zuvor iſt bewuſt /
 Daß Sie kan ſagen aus Ehlicher Luſt /
 Rinder ſind hier dieſen Handel zu preiſen.

Also beliebte zuſchicken
 deß Herrn Bräutigams
 guten Freunde.

H. U. I.


 Πικρή ἐν Λιγύπτῳ παρεμβλωκεν μὲν ἀνὴρ,
 Ἄμραν παρθενικὴν δ' ἤλθεν ὀπαιόμεναι,
 Ὀπλοτέρως δὲ κέρως δμῶς περ προβεβλην ἰακῶβ,
 πῶς ποτε Νῶε γαμῆν εἶασεν ὀπλοτέρως,
 ΗΛΙΑ, καὶ νῦν ἀνὴρ, σὺ μὲ ὀπλοτέρως τε,
 καὶ γαμῆν τολμᾶς; αὐτὰρ ἄγ', εὖ γάμει!
 ἔδει γὰρ γαμῆν μόνον, αὖ ἀνάποινον, ἰωσήφ,
 δεῖ γὰρ καὶ Ἰσραὴλ ἀιχμύδετον γαμῆν,
 Μωσέα τῶ δ' Ἀαρὼν θεὸς εἰ προπάροιθεν ἔθηκεν,
 ἔ προπάροιθε κρατεῖν, καὶ προπύργηθαι δαιεῖν.

Auff Teutſch.

- a. Exod. 2. v. 20. **W**en a Amram ſchreyete nicht das hochbetrübt ſchreyen
 in der Egypter Land / da wie er ſolte freyhen.
- b. Genes. 29. Der Dienſt war b Jacob lieb / weil diß ſein gang begehrn /
 18. Der Laban möcht ihm nur die Jüngere gewehrn /
- c. Genes. 5. Die Alte Got beſehln; wie c Noah vor geſchehen /
 28. Der erlich Hundert Jahr vor ſich beweibt geſehen /
 Die Brüder ſonder Spot. Faſt diß zur argen Zeit /
 Elias / triffe auch vns. Wol! freyh obn einig Leid!
- d. Gen. 41. 45. Denn freyh man doch nicht nur / wann d Joſeph iſt erhöbet /
 e. Jerem. 29. Got heiſt es e. Iſrael / da man gefangen gehet.
 5. ſeqq.


Rein

f. Exod. 4.
13. seqq.
g. Num. 20.
29.

Kein / Aaron springe vor / wo Goe vor ihm verliuffe
den Moses / bis es Zeit g zu sincken in die Grufft.

Съхвалю те съзири на твои дела

JOHANNES EVELER Landishutta Siles.



Wit vnd von GOTT dem HERRN hab ich in allen Sachen
Von meiner Jugend an den Anfang pflegen machen.
Wie oft ich solchs gethan / so oft hab ich gespürt /
Daß Gott hat meine sach sehr wol hinaus geführt.
Drumb hab ich auch mit GOTT die Heyrath angefangen /
Mit GOTT dem HERRN wird sie auch wol ihr Ziel erlangen:
Mit GOTT wil ich nun auch diß neue Werck fortführen /
GOTT wird vns seine Gnad darinne lassen spürn.
Wie Er mir vor gethan. Ich wil Ihm fest vertrauen
Ich werde seine Hülff mit meinen Augen schawen /
Gleich wie vorhin. GOTT helff / das wir in todes Noth /
Wennis Gott gefällt / das End beschlissen auch mit Gott?

B. E. E.

Wolffst erscheinen den / die Dich zur Hochzeit laden
Du größter Hochzeit Gast / mit deinem glantz der Gnaden.
Wir laden dich / HERR Christ / zu vnser Hochzeit ein;
D komm HERR Christ / vnd vns mit deiner Gnad erschein!
D komm / laß vns verspürn / die Hülffe deiner Gnaden.
Wann du nur bey vns bist / so kan vns gar nichts schaden /
Vnd mangeln nichts. Denn Du / HERR Christi bist ja
der Mann /
Der Frewd aus Leid / vnd Wein auß Wasser machen
kan.

B. M. A.

Obtulit EPLERO vatam RONSTOCHIA; munus

OLSNÆ LASANUS praestat AMICUS idem.

M. I. V. f. съхвалю те

—so) ✠ (oso

